



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Quomodo Deus assiduè sit laudandus. Cap. XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Consuetudo  
actuum quam  
periculosa.  
Eucharistia  
fumentium  
genera tria.

ex affectu seu charitate operante, quodq; apud sese non permaneant, & Deo desi-  
que ingrati sint. Siquidem dignè præparatis purisq; hominibus, edulium istud pa-  
nis vitæ est: minus præparatis, & mendo adhuc aliquo infectis, aridus & insipidus  
est panis: omnino autem impræparatis, hoc est peccato alicui mortifero obnoxio,  
temporalis ictus, lætalis casus, æterna est maledictio. O quanta quotidie de hono-  
statio, blasphemia & contemptus à nouissimis istis impræparatis hominibus, piæ  
illum Dominum in fœtido suo diabolicoq; dolio, creaturarum, vitiatorumq; om-  
nium spurcitie, data opera semper infecto, suscipiuntur, nomini diuino inueni-  
tur. Quod Deus maioris æstimat peruersitatis, ipsius Iudæ traditoris insuperabili  
nequitia. Deplorant hoc ad d. occulti Dei amici, vt grati dolore & corda & anima  
eorum inde sauciantur: libenter etiam totum corpus suum in mortem deuou-  
rent amarissimam, vt id aliqua saltem ratione impedire queant. Verum nihil  
proflus emolumentum nanciscuntur hinc homines imperitissimi, sed quanto fre-  
quentius Dominum ita suscipiunt, tanto profundius in suam ipsorum damnationem  
precipitantur. O si vel paululum sese ad Deum conuertere vellent, quam libens,  
clementissimus Dominus, eos in gratiam suam reciperet.

*Quomodo Deus assidue sit laudandus.*

CAPVT. XXXIII.

**A**NE omnia Deum semper & ubiq; (quamdiu spiritus hos regit artus) ex amo-  
re laudare stude, vt hic modo auspiceris in terris, quod perpetuo es exercita-  
turus in cælis. Fidus enim Dei in nos amor, & beneficium a qua quouis momē-  
to ab ipso percipimus, & imposterum percepturi sumus, ad d. sunt immensa, vt  
merito aliud nihil vel cogitare, vel desiderare debeamus, quam corpus & animam  
nostram in Dei laudem semel effundere. Quod & si magni à nobis fortè æstimetur,  
pusillū admodū erit, si dignitati eius, si ipsi quæ de nobis meritis est Deus, confera-  
tur. Nullū in hoc mundo certius est argumentū futuræ beatitudinis, quā Deū hila-  
riter semper laudare: nā talibus laudatoribus & Deus admodū est propinquus, &  
angeli familiares. Nihil æquè mentē hominis pressā releuat, tribulationes mitigat  
diabolum fugat, & omnem animi torporem propellit, atque Dominum Deum  
hilariter collaudare. Qui & si propter insignem nostram vilitatem peccata nostra  
plangere potius, quam Deum collaudare debeamus, actamen quoniam omnes  
creaturæ bonæ & malæ, pusillæ & magnæ, aut Deum collaudant, aut Dei laudem  
pre se ferunt, cur non & nos corpore nostro, operibus, studijsq; nostris, maxi-  
mè autem anima nostra, Dei quoque laudem decantemus? Porro, quanto lauda-  
tio nostra cœlesti laudationi fuerit similior, tanto & Deo erit acceptior: quoniam  
Deo longè gratior est spiritalis meditatio, quam vocalis laudatio: & in eum  
cordis suspirium, quam externum oris canticum; si tamen recitatio, ea ad quæ Ec-  
clesiæ præcepto obligamur, non postponantur. Humilis sui deiectio, in vere sui  
contemptu sub Deo & hominibus vniuersis, cum quadam sui ipsius abnegatione,  
ante oculos nunquam satis laudatæ maiestatis Dei, & diuinæ laudis æquè in tri-  
stibus ac lætis in prosperis atque aduersis, corde, ore, opere decantatio, & gratia-  
rum actio, ea demum diuinæ maiestati acceptissima laus est. Nam sic profecto

Beatitudinis  
futuræ argu-  
mentum cer-  
tissimum.

Laus quæ  
si Deo gra-  
uissima.

haud se ipsum homo, sed Deum solum intendit, spectatq. Proinde te ipsum & quicquid ipse es, quicquid potes, Deo quotidie in hostiam viuam offerens, in Deum intemergeris, citq. adeo constanter adhaere, vt quum Domino de omnibus quaecun- que tibi accidere possunt, ita placere noueris, tu tibi quoque placeat, ad gloriam ipsius. Hec eadem atque omnem pariter sollicitudinem & anxietatem cordis tibi acci- dentia, Deo committes, idq. hoc aut simili modo. *O mi amantissime Domine, quum uera lance perpendo, quasi qualisq. modo sum, & qualis aliquando fuerim, quam sepe tu me custodieris, ex quantis malis & insidijs eripueris, quamdiu expectauis, quam amice me sus- ceperis, neque ubi insignem meam in te ingratiudinem, adhortari, ac in uiam rectam me reducere distiteris, quamq. innumeram mihi beneficia contuleris: quam haec, inquit, perpendo, mirum est quod cor meum in laudem tuam totum non disfluat. Quamobrem o cha- rissime Domine resigno, abnego, deuoueo me tibi ex animo, in laudem tuam perpetuam. Sicut placet, ut si iam contemptissimus, abiectissimusq. omnium, ac ignominiosissima morte instar latronis, omnium quos tellus sustinet scelestissimus, dispeream etiam si id commertus non fue- rum, pro gloria tamen tua lubens id tolera uero. Sin uero commertus fuero, tanto prom- ptius etiam pro gloria iustitiae tuae persequar, cuius unius honor infinitis nominibus mi- hi charior est, quam proprius. Quod si eue Argid tu me hinc auferre uelis, haud queram effu- gium, sed mortem ipsam lubens subiero pro gloria tua. Sin uero uitam aliquamdiu mihi pro- rogare uelis, etiam si aliquot adhuc annorum milia uicturus fuero, id solum desidero ut deinceps singuli anni, singuli dies, hora & momenta uiae meae, omnes cogitationes, uerba & o- pera mea te digne collaudent, praedicent, tantumq. glorificent, quantum omnes Sancti, om- nes creature, omnes Angeli pariter te glorificare queunt, in diuina sanctissima Trinitatis reflexione tantum, frequenter & copiose, quam sum atomi in radijs solaribus innumeri. O Domine saxus quiesco, ut me hinc auferas, ocyus uel tardius. Id cordis mei unicum est deside- rium. Adde: Si forte eueniat, ut euestigio hinc decedam, & pro gloria tua foret, ut quinqua- ginta annos, aut eo amplius purgatorio igne discrucier: iam me (quod ad hoc attinet) sub- uita pedibus tuis, lubensq. in seipso ad gloriam tuam perpetuam. Et si cerio praescirem me perpendi damnandam, haud tamen ideo in uita mea a tua laude cessarem, quantumuis etia- misero mihi peccatori intolerabile esset, me a tam desiderata facie tua debere separari. O Do- mine facias de me uilissimam creaturam tua, pro gloria nominis tui. Eueniat mihi quomodo uis, laus tua erit in ore meo, quamdiu uiliss in me habitus super fuerit. Deficiente autem lingua, oro ut uel dignum mei extensio, tua laudis sit significatio. At uero corpore meo peni- tus in puluere redacto, desidero ut singuli puluores ad extremum usque iudicij diei in sinum a ad telum aderrigat. Tu enim Domine, non ego, solus es quem intendo, solus quem de amo, solus quem quero. Tuus si gloriae corda pateat, tu nisi quod uere hac ita sentiam &c. Si omni tem- pore Deum laudare desideras, peccata uniuersa sedulo deuota, uirtutibus operam strenuam impende, Deum potissimum in omnibus specta. Ea demum praeclarissi- ma laus est, quum animos ab omni uitioso torpore sensuumq. adfectibus euacua- tus, in tranquillitate fundatur, ita ut tota eius intentio incommutabili bono semper adhaereat. Qui talis homo est, Deum nullo non tempore laudat, quae- cunque etiam agat, manducet, bibat, uigilet, dormiat, omnia haec, aliud suauitabil, quam mera laus Dei. Quaecunque tibi incidunt, quaecunque in- tra te exoriantur, quaecunque accidunt, siue a natura, siue a gratia, uelo- cissima introuentione, per resignationem quandam, ad Deum conuerte, desiderans, ut ad illius laudem omnia degerantur, & deficient, (Deus enim natura pariter atque gratia dominus est.) Quod si feceris, ipsa tibi natura bro- nu supra naturam licet. Simili modo diabolicas suggestiones perueniens*

Quomodo  
sic homo  
ad laudan-  
dum Deum  
offerat.

Laudandus  
ut sit omni  
tempore  
Deus.

Suggessio-  
nes diaboli-  
caz quomo-  
do a com-  
modi nobis  
conuertan-  
tur.

Visa cunctis  
vt ad Dei  
laudem co-  
uertenda.  
Dan. 7.

ad tuum commodum eas conuerter, dicendo: Domine mi quoties malignus hic spiritus, aut alius quispiam has mihi cogitationes inmittit inuito, toties tibi deliberata pietate, voluntate, eius loco laudes illas amenissimas refero, quas malignus iste spiritus, in acri felicitate si perstisset, tibi referret, vt expulsiōnes illius, ego quodam modo praecentor sim, in laudem tuam. Si in omnibus quaecumq; videris, Dominum laudare concupiscis, quoties copiosam aliquam multitudinem, aut rem egregie venustam conspicis, dicito: O Domine tam numerose tamq; eleganter hodie meo nomine te collaudent mille millium spirituum beatorum tibi ministrantium, & decies illa centena millia immaculatarum spirituum tibi assistentium meo nomine tibi gratias agant: & omnium sanctorum omnia desideria, te pro me desiderem, & omnium curarum incomparabilis decore, te ipsum honoret, & glorificet in secula seculorum, Amen. FINIS.

## D. IOANNIS IUSTI LANSPERGII,

IN ALLOQUIORVM CHRISTI IESV AD QUANCVNQVE

animam peccatricem, primi libri, partem primam.

PRAEFATIO.

**M**ulti sunt lecto amici, quos male delectat peccatum, quibus molestum est & inuisum conuenienter praeceptis Dei vitam transigere, & numeros leuare sarcinam Christi leuem, & suauem eius iugum ducere. Contra vero incundum ac delectabile vitam agere Deo & sanctis omnibus contrariam, indulgere suis affectibus, praesentibus frui bonis, futura non inquirere, imò nec appetere quidem: cum tamen non sint nisi cum breuissima praesentis temporis oblectamenta sempiternos consequi cruciatus, nec posse quengquam simul hic gaudere cum hoc seculo, & postmodum letari cum Christo. Alij sunt qui iam nonnihil melioris concipiunt voluntatis, cupiuntq; vitam rectius constituisse, suae emendationem meditatur: sed necdum satis vident quae id ratione tum inchoare, tum prosequi debeant: quandoque etiam quodam pusillanimitatis spiritu deterrentur ac impediuntur, vt non satis viriliter constanterq; procedant. His ergo vtrisque pro ingenio mei imbecillitate consulere cupiens, Alloquijs quibusdam (sic enim ea appellare placuit, in quod Christum introducimus anima loquentem) salubres, ni fallor institutiones proposui, quas adhortationes, quibus & à vitijs reuocari peccatores, & ad virtutis studium magis ac magis inflammari possint, quia iam ad meliora aspirant. Feci id charitate, non vanitate simulans, nec mihi cura fuit hominum venari laudes, sed animarum saluti prodesse, sperans apud Deum participem me fore, si qui ex horum lectione, ipso opitulante, fuerint ad vitam in melius commutandam prouocati, aut ad fortiter progrediendum in eo quod iam sint aggressi, corroborati. Obsecro pie lector laborem meum tuis precibus adiuues apud Deum, & bene valeat.

IN SEQUENTES DVOS ALLOQUIORVM LIBROS NOTATIO.

Libri hi duo ab autore ipso Alloquiorum nomen sortiti sunt, eo quod in se continerent lectiones Christi saluatoris nostri secretas internasq; inspirationes, quibus vnanquamlibet animam in peccatis adhuc constitutam, à peccatis, à seculi vanitatibus, extra seipsam emouat, probeq; Christianam, hoc est, Deo fidelem atque deuotam efficere, ad sui familiaritatem & amicitiam, amorem, insinuere extimulareq; conatur.

Complectuntur autem ij Alloquiorum duo libri, penè omnes illas institutiones ac doctrinas, quae Phatema diuini auctoris in prioribus editionibus comprehendebat.